quod attinet antiquos proventus Civitatis ut sunt pontalium Vaillorum Pernariorum exa-
ctores nigra sigra Schrotgelt Quatergel a panno Korzelt, Strowe Piscium et alia
eiusmodi ea iuxta antiquam consuetudinem in suo robore relinquimus Ita tamen ut si eti-
am isti proventus cum commodo Civitatis alicui Consulum vel Civium locari seu aren-
dari possint vel aliquando poterint; Magistratus hoc Consularis pro fide qua Sacrae
Regiae Mattis et Reipub. Civili obstrictus est faciat. Quae ordinatio nostra ut ad notitiam
eorum quorum interest deveniat neve aliquis nostra ignoram pretendat aut etiam suc-
cessu temporis oblivioni tradatur eidem Magistratui iniunximus ut eam Actis et Ci-
vilibus et Castren inseri et quamprimum voce praeconis publicari et si opus fuerit
valvis etiam Praetorij fideliter discriptum affigi curet Actum Craco. Die 12 Mensis
Septembris Anno Dni 1 5 8 5 Quam ordinationem et decretum Commissariorum
nostrorum praefatorum nos approbavimus in omnibus eius punctis clausulis et articulis con-
firmavimus Quemadmodum approbamus et confirmamus praesentibus, Mandantes Magistra-
tui Consulari Civili ut ne certa nobis praesenti ut eam in omnibus perpetuo observet ac ma-
nu teneat; quod ut commodius praestari atque praemissa omnia facilius exequi possit eundem
Generosum Nicolaum Firlej de Dambrowica Castell. Biecen tanquam eiusdem negotij Com-
missarium una cum Generoso Nicolao Zebrzydowski de Zebrzydowice adiunximus Con-
sulatui Craco. qui post decursum Anni praesentis in Praetorium descendent executionemque Con-
sistorij ridi isto attendent ordinationemque praesentem in usum et effectum debitum cum Con-
sulatu introducent.

Senatus consultum Craco. consilium. Actum Feria quarta ante festum Exaltationis S. Crucis proxima. Anno Domini 1 5 8 5.

Spectabiles Dni Proconsul et Consules Civitatis Craco. die hodierna legittime per
schedulas in Praetorio Craco. convocati et iuxta S. R. Mattis Dni Dni nostri clemen-
tissimi Datum Privilegium pleno numero congregati Cupientes pro debito officij sui au-
thoritate dignitateque commendari, debite prospicere omnemque proconsulem bona Civilia alie-
nandi incipere unanimi voto id sententia concluserunt firmiter et observare vo-
lentes Ne a modo et deinceps perpetuis temporibus cuique dominorum tam
Proconsulatus officium gerenti quam etiam dictis   Civitatis praefectis
seu administratoribus fas liberumque esse debeat. Cum uno et altero Dominorum sibi as-
sidentium ulla in sede actis inferendas demandare quibus bona seu fundi Civitatis
tam ad vitam alicuius, quam perpetuo titulo alienari possint Sed quandocunque bona ali-
qua Civitatis sive processum sive decessum alicuius vacare contigerit Dni Consules per
schedulas ad id convocari debebunt ibidemque pleno numero congregati omnibus expectativis
si quae per errorem concederentur integrum viribus bona Civitatis vacantia non nisi per
arendam non autem perpetua possessionis aut adiutilitatis titulo ad quatuor vel quinque anno-
rum decursum alicui inscribere vel locare potterunt aut debebunt Ex censu quanto fieri
poterit maximo Civitati inde solvendo; Quod si non, possessor bonorum Civilium uti supra
dictum est, per modum Arendae ad certos annos sibi inscriptorum amplius usum habere
voluerit tunc semestre ante expirationem morandis id ipsum Dnis Consulibus denuncia-
re debebit. Qui quidem pleno numero congregati eorum si arendator bene sese gesse-
rit eius non bona Civilia ipsi inscribere, et ad alios certos locare potterunt Censumque si fieri pote-
rit augere.

Ceterum iidem Dni Consules considerantes quae et quanta incommoda Reipub. subsequantur
propter intempestivam reddendarum rationum consuetudinem Unanimi voto concluserunt quod nunc
ratio administrationis Civilis de omnibus reditibus et proventibus Civitatis perceptis et expo-
sitis singulis anni semestribus usque pro die ultima Junij. Coram Dnis Consulibus fieri
debeat neque in ulterius tempus unquam differi. Deinde ut eadem ratio omnium pro-
ventuum et redituum Civitatis eiusdem anni coram Communitate Civitatis Cuius in
Praetorio Craco. circa annum cuiuslibet reddatur et fiat omnibus ulterioribus qui-
buslibet exceptionibus et dilationibus semotis; Ad revidenda vero debita rimentia
Civitatis si quae fuerint (quod tamen omnino cauti et vitare debent) singulis
annis deputabuntur duo ex medio D. Consulum Certo ipsis salario assigna-
to qui ea recipere et emovere tenebunt.

De locand. bonis Civitatis Crac. ad quinquennium.

Tempus reddend. rationis Exproventib. Civitatis Crac. in annali spacio